



**Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola
Prodigi Euangelici**

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigii Evangelici Reditv
Ad Patrem

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1615

2. Dat pro exemplo pœnitentiæ, Prodigum Euangelicum & cur ipsum
præreliquis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55940)

tia. O thema pulchrum ! Deus mihi animum & eloquentiam tanto obiecto dignam, vestris precibus concedat.

I I.

*Dat pro exemplo pœnitentiæ Prodigum Euangelicum,
& cur ipsum præ reliquis.*

PRODIGUMNE dicetis mihi ? imo Prodigum, sed cur ipsum præ cæteris ? Pœnitentiæ Davidis nonne illustrior, aut Magdalenæ, aut Thaidis, aut Pelagiæ, duo exemplaria satisfactionis, sicut & præuarcationis : quoniam quilibet suæ artis libenter Patronum aliquem imitandum desumit, cumque quem ponit perfectissimum. Pictores Apellem aliquem aut Iovinū vestrum, monumentum æternum vestræ vrbis, propter vnam quam Antuerpiæ depinxit muscam, Musici Orlandum nostrum Lassum gloriam Montium, Poetæ Virgilium, Oratores Ciceronem, Milites, Alexander Achillem, Iulius Cæsar Alexandrum, Themistocles Miltiadem, nonnulli & nostrum Carolum quintum, Causidici Ciceronem; pœnitentibus autem nullum celebrius propositum, vnquam est exemplum, quam hoc ignoti Prodigii sine nomine, qui forte nunquā in rerum natura extitit. Parabolæ enim sumptæ sunt frequenter ex rebus, quæ fuerunt nunquam, sed tamen possunt & potuerunt euenire. Optime, auditores, efficiam vt mihi consentiatis hac in parte. Do vobis exemplum Prodigii pro patrono, in honorem Christi Iesu, qui illud ore suo sacro nobis adaptauit.

Do ipsum, quia omnium viribus contemperatus est, nihil in sua pœnitentiâ dixit, aut fecit, quod nos totum non possimus; quorundam pœnitentiâ mirabilis magis est, quam imitabilis, plus habens supererogationis, quam necessitatis, & obligationis: vt integras absque omni cibo ieiunare septimanas, quod nonnulli fecerūt Anachoretæ; incinerare cibos, quod aliquoties S. Franciscus, forte & David, iuxta illud

cinerem

trinerem tanquam panem manducabam, ac alia aliorum *Psalms.*
 sexcenta, quæ Prodigum fecisse non legimus, miseri-
 cordiam nihilominus consecutum cum insigni oua-
 tione. Solitudo & ieiunia Magdalenæ nonnullis ni- *Luc. 7.*
 mium grauia, lachrymæ, & publicæ ad Christi pedes
 in conuiuio aduolutiones, plerisque nimium videren-
 tur erubescendæ; exurere in conspectu omnium, ple-
 noque foro, quicquid corporis quæstu male partum, *In vitis*
 vt Thais fecit, scortū Antiochenum, industria Paph- *PP.*
 nurij abbatis conuersa, nimium aliquibus haberet ve-
 recundiæ, & dispendii. Celare sub virili veste nomen,
 & habitum fœminæ, & montem habitare solitarium,
 vt Pelagia fecit, meretrix Antiochena, conuersa ab E- *Ibid.*
 piscopo Nonno, delicatulis quibusdam videretur in-
 tolerabile. Ad omnem galli cantum cum S. Petro de-
 plorare abnegationem, rigare lachrymis stratum,
 surgere media nocte, ac septies in die confiteri Domi-
 no, vt pro adulterio fecit Dauid: *Potum meum*, ait, *Psalms.*
miscbam cum fletu, exempla forte essent pœnitentiæ,
 quæ omnes nec vellent, nec possent imitari, quamuis
 exemplum secuti adulterij: *Durus est hic sermo*, & quis *Ioan. 6.*
puerum audire, dicerent illi. Sed seipsum retegere,
 delictum suum patri confiteri, & proclamare indi-
 gnum se nomine filij, & totam suscipere Prodigi pœ-
 nitentiam, quis est, inquam qui erubesceret, tam mol-
 liter, tam suauiter confiteri, quis diceret se non posse?
 formulam igitur hanc imitandam exhibeo, tanquam
 facilem, plene tamen sufficientem, vt ad eam magnus
 etsi peccator, in verum Christianum conformetur.

Propono illum quia omnes integræ pœnitenti-
 æ partes, tam vt virtus est, quam vt sacramen-
 tum est, in eo inueniuntur. Contritionem quæ-
 ris, aut saltem attritionem? ecce largam attri-
 tionem minimum venientem ex notitia & dis-
 plientia miseriarum status sui tam abiecti, quam
 calamitosi. *In se reuersus dixit quanti mercenarij*, &c.
 Confessionem quæris verbalem, auricularem, ad
 pedes hominis. Ecce hic: *Et dixit*, *Pater pecca-*
ni in

ui in caelum & coram te, iam non sum dignus, &c. Bonum
 quæris propositum confitendi, & diligens examina
 ea debite ad pedes competentis iudicis explicandis
 ee hîc, *& dicam Patri*, inquit: *Pater peccavi in caelum*
&c. satisfactionem inquiris, aut saltem propositum
 subijciendi te arbitrio confessarij, ad leuem adgu
 uem, qualiscunque fuerit; vbi quæso, inuenitur mi
 lius quam in hoc homine? *dicam ei*, inquit, *iam non sum*
dignus vocari filius, fac me vnum ex mercenarijs tuis
 Confiteor indignum me pulchro filij nomine, ac
 filius haberi: statue de me vt lubet, habe me vel vt
 mercenarium, vt seruum, vt seruitium abiectissimum
 Insuper, propositum quæris desistendi à peccato,
 iusque occasionibus? *Surgam*, inquit, *recedam ab im*
pio hoc domino, impioque obsequio: an propositum
vitam in posterum rectius semper instituendi? *ecce*
tibi, & ibo ad patrem. Diligentiam quæris efficiendi
 quod bene erat propositum, sine procrastinatione, tri
 tium heu pœnitentibus satisfaciens) nemo illo vigi
 lantior, nemo alacrior, *Dictum factum: & surgens ve*
xit ad patrem. volare crederes, non ambulare homi
 nem, quid igitur huic Patrono, quid Duci deest? Cur
 non ipsum reliquis præponam? cum in nullo alio, vt
 opinor, appareat magis, quid apud Deum valeat pœ
 nitentia perfecta, & quanta benignitate eos recipiat,
 qui sic ab erroribus reuertuntur. Videbitis, quomodo
 occurrat ipsi Pater, quomodo amplexerur, quomodo
 totus amore victus, in collum eius recidat, vestes red
 dat, gaudio, choro & conuiuio, tota familia in reditu
 eius exultet. O Patronum quem imitandum propo
 namus in pœnitentia maximum! Atque ideo, iuuante
 Deo, eos spero habere auditores, quos non capiant
 huius templi parietes, venite ad scænæ huius viden
 dam apostrophem, venite, venite audacter, qui secuti
 estis ipsius dementiam, vt post declinationem, emen
 dationem videatis tam gloriosam, tam insignem
 scandali reparationem, vt tam ipsum in lachrymis
 imitemini, & correctione, quam in risu & deuiatione
 Ecce hic vobis Pharus, hic specula ad reditum, ne ne
 uin

vim trangatis. *secutus es errantem, sequere & poenitentem*. S. dicebat Ambrosius Imperatori Theodosio, qui se excusabat peccato Davidis: dico idem peccatoribus omnibus: secuti estis Prodigum errantem, sequimini satisfacientem & poenitentem.

Terent. in Adelph. act. 3. scen. 4.]

Inspicere tanquam in speculum vitas hominum

Iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Vtinam Deus nostro Prodigum tot concedat reditus affeclas, quot habuit fugæ & erroris; nec ego laboris mei dispendium me putabo fecisse.

III.

Responsum contra improbantes tale exemplum.

Sed quid, quid audio? dicit vnusquisque vestrum? Ut conicio subulcus est, quem proponis & quidē in hoc tam illustri nobilium matronarum collegio, turpe sequi subulcū ducem. Subulcū dicis, imo, sed infortunio, alioquin nec minori oriundum familia quam nostrum vllus, patre natus potente, & diuite, qui tot, in tantā fame, tam liberaliter alebat, mercenarios, insuper & mancipia, quanti mercenarii in domo patris mei abundant patibus, & ait Pater ad *seruos* (vt post audiemus) filii enim ipsius gestabant annulos, *date annulum in manu eius* & magna est instituta festiuitas, conuiuium, concentus, magnaque impendia ob filii perditū reditum; nam audiuit frater senior symphoniam & chorum. Subulcus utique: sed quem Dominus Iesus Christus, in collegio honoratissimorum virorum, Scribarum scilicet, & Phariseorum; qui doctissimi spectatissimiq; totius Iudææ erant, proposuit Subulcus sane; sed tam subulci, quam hortulani, & olitores aliquando commode loquuntur, iuxta prouerbiū: *sæpe olitor verba opportuna locutus*: Cum & stulti nonnumquam sapientes, & subulci nobiles erudiant: nec vnquam sapiens vllum erubuit magistrum, à quo bona disceret. Plinius